



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epitome Instituti Societatis Jesu

Sesti, Curtius

Bruxellis, 1690

Cap. VI. De executione ab omnibus Superioribus urgenda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

rum, ac Missionum fixarum duo jure statuta sunt. 1. Habent eandem facultatem absolvendi à Reservatis, ac illi Superiores, salva tamen iis, qui ibi degunt concessione Decret. 25. §. 1. Con. 8. q. 2. Nullum habent jus ad Congregationem Provinciale. r Sed excipiuntur Superior primariæ Residentiæ, seu Doctrinæ in Indiis, & totius Missionis Hollandicæ: his enim jus est ad Congregationem Provinciale, at supra numerum, si ratione antiquitatis interesse nequeunt. s


q C. 12. D. 17. §. 2.

r C. 9. D. 18.

s C. 8. D. 51. & F. Con. Prov. §. 8.

CAPUT VI.

De executione ab omnibus Superioribus urgenda.

1.  Uoniam in benè instituta familia, qualis favente Deo, est nostra Societas, omnes defectus ab uno executionis defectu manare possunt; summus propterea conatus, non in novis Ordinationibus condendis, sed in earum, quas habemus, executione, adhibendus est. a Is verè conatus aliquando non adhibetur, vel non procedit, ex triplici impedimento; scilicet ignorantia, aut oblivione Ordinationum, nimia facilitate in Su-

Necessitas executionis.

a C. 6. D. 37. §. 7. & C. 9. D. 26. & In. 18. §. 11. & Cl. c. 1. & 2. initio.

b Cl. c. 2. init.
Privatum studium rerum agendarum.

r R. Prov. 18.
& Præp. 13. 18.
& Rect. 12. 17.
& Or. c. 1. § 20.
& Cl. c. 2. tit. 2. §. 1.
d Or. c. 2. §. 5.
& In. 18. §. 1.
& Cl. c. 1. tit. 2. §. 3. & c. 2. tit. 2. §. 1.
e C. 6. D. 36. §. 1.
f R. Prov. 20.
Præp. 19.
Rect. 18.
g Cl. c. 1. tit. 2. §. 4.
Consultationes crebra.
h C. 6. D. 36. §. 1. & In. 18. §. 3. & Or. c. 2. §. 19.

perioribus, & difficultate objecta à Subditis. *b*

2. Ut primo incommodo occurratur, à Superioribus paranda est scientia, excitandaque memoria nostrarum legum. 1. Attentà lectione omnium, quæ ad Institutum pertinent; cui cum primò gubernaturi sunt, vacare debent per duos minimum menses; & quæ non benè intellexerint à Provinciali percontentur. *c* 2. Quotidie, aut certè alternis diebus, horam considerationi impendent, in qua secum, & coram Deo expendant obligationes suas, & Subditorum. *d* Ad hoc conducet habere præ manibus Catalogum rerum agendarum, confectum ex Regulis Ordinationibus, & Instructionibus, *e* & præterea libellum, in quem referatur, quidquid agendum, scribendum-ve in dies fuerit. *f* Vitenturq; externæ occupationes, quatenus curandæ domesticæ disciplinæ impedimento sunt. *g*

3. Proderit tempore ordinariæ Consultationis legere aliquid ex Regulis, vel Ordinationibus, vel Instructionibus, & similibus. *h* Præterea singulis mensibus legi oportebit in Consultatione memoriale earum rerum, quæ à Provinciali, vel Visitatore executioni mandandæ relicte sunt: quas augeri minimè oportet; & prius quam

quàm relinquuntur, Superioribus, aliisque prudentibus ostendendæ sunt. *i* Quin primâ cujusque mensis hebdomadâ, instituta Consultatio, ad discutiendum in universum de executione omnium omnino Ordinationum. Et an hoc præstitum sit, & quo fructu, suis temporibus scribent ad Generalem Consultores, tam Provincialium, quàm Localium Superiorum. *l* Hanc eandem consultationem in singulis locis, quæ visitat, coram Superiore, Ministro, Consultoribus, aliisque, qui aliàs gubernarunt, Provincialis convocabit. *m*

4. Ad vitandam autem nimiam facilitatem Superiorum juverit. *1.* Si homines natura pusillanimes, & qui, etiamsi à malefactis absterneant, faciendâ tamen non præstant, à gubernatione arceantur. *2.* Si Provinciales sibi devinceant Superiores locales, ostendentes de illorum auctoritate tuenda se esse sollicitos, non facile præstando fidem Subditorum querelis, & delationibus: si etiam eosdem Superiores crebrò urgeant: cum visitant, de hoc capite nominatim inquirant: & ad Generalem singulis ex locis referant, in quo peccetur: ipsique Superiori privatim indicent, quomodo in posterum se gerere debeat, ne aberret. *3.* Visitatores, seu Provinciales

M m 4

in

i C. 6. D. 36. §.
3. & In. 18. §.
3. & R. Prov.
134.

l C. 6. D. 36. §.
5. 6. 7. & In.
18. §. 5. 6. &
Or. c. 1. §. 23.
& c. 2. §. 20. &
Cl. c. 2. tit. 2.
§. 3.

m Cl. c. 1. init.
& c. 2. tit. 2.
§. 3.

Nimia Indulgentia cavenda.

n C. 6. D. 37.
§. 1. & 7. Cl. &
c. 2. tit. 2. §. 4.

o C. 6. D. 37. &
C. 9. D. 26. &
In. 18. §. 7. 8. 9.
& Cl. c. 1. init.
& c. 2. tit. 2.
§. 2.

in suis visitationibus, iis, quæ remedio indigent, curent omnino ante suum discessum provideri; si justa causa dilationem non postulat: reliqua notent in Memoriali, rationem ejus in reditu requisituri: & si Superior suâ culpâ prætermiserit executionem, non maneat impunitus. Continenter verò, & notabiliter negligens tali onere liberandus etiam ante triennii finem.

p C. 6. D. 37.
§. 7. & C. 9. D.
26. & In, 18.
S. 11.

Dispensandi facultas.

§. Demùm opinionem illam perniciosissimam Superiores omnes deponant; quæ nonnulli putant sibi liberum esse dispensare, prout volunt: quasi rectè fiat, quidquid conscio Superiore fit: potius Constitutiones, & quæcunque alia Decreta tot precibus, consultationibusque à S. P. N. IGNATIO, aliisque gravissimis Viris condita, majoris momenti censenda sint, quàm ut, pro cujusque libito, relaxari queant. Et sanè in iis tantummodò dispensandi facultas concessa est, in quibus constat talem illius, qui legem condidit, mentem fuisse. 9 Sed & constat potestatem dispensandi valdè restrictè concessam esse Prepositis, & Rectoribus. 1. Ut non nisi cum Particularibus dispensare possint. 2. Ut non sine necessitate, 3. ut non sine recursum ad Provinciam in rebus majoris momenti, 4. ut si res moram non patiantur.

9 P. 4. c. 10. B.
& P. 9. c. 3. §.
8. & D. & Reg.
Prov. 7. & R.
Præp. 11. Rect.
10. & Cl. c. 1.
tit. 2. §. 1. & c.
2. tit. 1. §. 2.

Pro-

Provincialem primo quoque tempore de dispensatione, ejusque causa admoneant. His consentanea Provincialibus ipsis præscribuntur respectu Generalis. Immo ipsi Præposito Generali Constitutiones nostræ potestatem dispensandi arctè circumscribunt, multoque magis potestatem dispensandi per alios.

6. Remedium verò tertii impedimenti, quod in Subditorum repugnantia situm est, peti debet 1. à paterno affectu, quo Subditi à Superioribus verè se amari intelligant; & quidquid sollicitudinis, ac vigilantia impenditur, id totum à desiderio ipsos juvandi proficisci. 2. A patientia in perferendis laboribus diuturnæ curationis; neque enim satisfacit muneri suo Superior, perfunctoria quadam, & brevi cura; & multò minùs, si cum Provinciali importuniùs agit, ut refractarius Subditus aliò amandetur. Quod perniciosum genus consilii est; translati enim huc illucque infirmi curam, ex animo nullus amplectitur. 3. Nisi caritate, & dulcedine proficiatur, adversus non curantes paterna monita, adhibendę reprehensiones, & pœnitentię: ita ut intelligant Subditi veniendum tandem ad extrema remedia Dimissionis, si opus fuerit, quando, aliis tentatis nihil pro-

Quomodo Subditorum repugnantia occurrendum.

Cl. c. 1. tit. 1. §. 1. 2. 5. & tit. 2. §. 6.

Cl. c. 1. tit. 2. §. 6.

554 *Pars Septima* CAP. VI.

P. 3. c. 1. §.
15. & N. & R.
Præp. 28. &
29. Rect. 27.
28. & C. 6. D.
37. §. 4. & 6.
& In. 18. §.
10. & 12. &
Cl. tit. 1. §.
2. 3. 4.
*Superiorum
consensus mu-
uus.*
" C. 6. D. 37.
§. 4. & In. 18.
§. 12.

proficitur, Atque hujusmodi disciplina communis omnibus esse debet, etiam antiquioribus, & Superioribus: neque ulli fit injuria, si ob defectus contra Regulas imponantur publicæ pœnitentiæ. r

7. Demum plurimum momenti habebit, si Superiores omnes Societatis cum Præposito Generali, & Superiores locales cum Provinciali, immo & cum suis Consultoribus, Admonitore, Patre Spirituali, & gravioribus, ad urgendam executionem conspirent; ita ut idem sentiant, & dicant omnes. "



PARS